



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

**Annvs Diervm Memorabilivm Societatis Iesv. Sive
Commentarius quotidianae virtutis, notabilem vnius, vel
plurium in Societate vitâ functorum, virtute quapiam
insignium memoriam in menses diesque ...**

Nádasi, János

Antverpiae, 1665

XVI. Die Octobris.

urn:nbn:de:hbz:466:1-9625

XVI. DIE OCTOBRIS.

RICHARDVS
BILER, &
IOANNES
SOPPIVS NOVITII.

videret, conscientia iterum, & iterum
expianda ac recognoscenda biduum
impendit. Putant venenum illi ab he-
reticis porrectum: certe illos aiunt ab
illius obitu visos fuisse solito hilario-
res.

P. MARTINVS
L'HERMITE.

Nihil tam arduum, vel odio inui-
diarum obnoxium illi committe-
batur a Superioribus, quod ille, citra
vllum humani oculi metum obedien-
ter non perfecerit. Maioribus festis
ingruentibus palam in triclinio se ca-
debat; etiam priuatim eximio plane
sui afflicti, & assidue orandi studio
insignis. In hoc tamen singulare quid-
piam visus est habuisse, quod acerba,
quibus per aliquorum seu inconside-
rantiam, seu malitiam infestabatur
verba tranquillè tulerit, aded vt ab
externis atroci aliquo dicto, aut facto
laesus, illicò se ad cubiculum recepe-
rit, & quicquid erat iniuriae ad Cru-
cifixi pedes prostratus deposuerit idē-
tidem illa ingeminans *Domine, dimitte
illis: non enim sciunt, quid faciunt. Per
viscera, per vulnera, retribuas illis, hoc
peccatum* Ita diu orantem tam assinen-
ter è caelo suis deliciis recreabat Deus,
vt assueraret, nihil sibi in vita acci-
dere, vnde plus sinceræ voluptatis ca-
peret quàm ex atroci aliqua calum-
niâ. Visus est Armenteria aliquando
inter iacentium sub dio militum acer-
uos per diem integrum reptare ad ca-
pita singulorum, & eos expiare, atque
solari.

Belga Dux-
ci. 16. Oct.
1652. ætat.
56. Soc. 37.

Mortific.

Patentia.

Charita.

16. Octobris
Ad Treuiri-
ros 1588.

Fides.

Anglim.

HOs per iter in silua Treuirensi,
pro suo in fidem Catholicam,
& Societatem odio, tentos, &
nudatos hæretici trucidauere, corpo-
ribus ibidem, vt à feris deuorarentur
abiectis. ac licet frequentes per ea lo-
ca grassentur lupi, corpora tamen in-
noxia post aliquot dies reperta sunt.
Anno 1583. *Guilielmum Laccum* Sa-
cerdotem incerto mense ac die casum
in fidei odium Eboraci cruentis Socie-
tatis heroibus accensent nonnulli.
Rayssius ait eum in carcere Sociera-
tem petiisse, ac impetrasse. At Socie-
tatis epistolę de illo cum taceant, ego
rem in medio relinquo.

P. DIDACVS
DAZA.

SCientiã, modestiã, & omni religio-
sæ vitæ exemplo domi, & foris fuit
spectabilis. Peruuiani Proregis Con-
fessarius cum esset, ac in Peruuium
veheretur; in longa nauigatione quic-
quid ad christianã disciplinam, quic-
quid ad omnem erga ægros charita-
tem spectabat officij, adamussim im-
pleuit, vectores expians, ægris seruiens
cibo quoque illis in os illato. Cum
Legato in Britanniam nauigans, longã
& graui tempestate quassatus, confe-
ctus est. Cum se propè a morte abesse

Hispanus
In mari
Britanico.
1623. ætat.
44. Soc. 24.
Charita.

Mort.

FFF

XVII. DIE